



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1. Vtrum sine penitentia peccatu[m] veniale possit remitti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

Super Questionis octuagesime septima Articulus primus.

IN 1. ar. q. 87. dubium duplex occurrit. Primum circa literam: ubi dicitur, Exigitur ad remissionem peccati mortalis, ut homo actualiter singula...

QVAESTIO LXXXVI.

De remissione uenialium peccatorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, de remissione uenialium peccatorum.

ET circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, Vtrum sine penitentia peccatum ueniale possit dimitti.

Secundo, Vtrum possit dimitti sine gratiae infusione.

Tertio, Vtrum peccata uenialia remittantur per aspersionem aquae benedictae, & episcopalem benedictionem, & unctiorem peccatoris, & orationem dominicam, & alia huiusmodi.

Quarto, Vtrum ueniale peccatum possit remitti sine mortali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum ueniale possit remitti sine penitentia.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod ueniale peccatum possit remitti sine penitentia. Pertinet enim ut supra dictum est, ad rationem uerae penitentiae, quod non solum homo doleat de peccato praeterito, sed etiam proponat cauere de futuro: sed sine tali proposito peccata uenialia dimittuntur, cum certum sit, quod homo sine peccatis uenialibus praesentem uitam ducere non...

Ad hoc horum euidens tam duplici utendū est. Prima de remissione peccatorum dupliciter, hoc est plena, uel quo ad culpam tantum, & regulariter uel ex speciali gratia. Secunda est de displicentia peccati formalis uel uirtualis, & formalis, generali, uel uirtuali. uocatur autem displicentia formalis, quae formaliter est displicentia, quae potest dupliciter contingere, scilicet, ut sit uenialis, comprehendens, scilicet omnia peccata commissa, cum uera uoluntate ab omnibus, & singulis abstinendi: & hoc potest esse in momento, & est contritio sufficiens ad remissionem infinitorum peccatorum mortalium: quia sufficit ad gratiam habendam, quantum est, ex parte hominis, iuxta illud Ezech. In quacumque hora ingemuerit peccator &c. & talis displicentia uideatur fuisse in latrone, & c. bro accideret creditur his, qui uere conuertuntur ad Deum post multa crimina. alio autem modo contingit displicentia formalis, cum homini displicet se peccasse, ita quod & omnia & singula sua peccata in generali sibi displicent, & uellet in ea amplius non incidere, non tamen peruenit ad hoc, quod uere uult se proponit amplius non incidere, & haec non sufficit ad remissionem peccati mortalis: uirtualis autem displicentia uocatur, quae non est formaliter displicentia, sed est formaliter alius actus, puta dilectio Dei, tanta uis, ut ex eo nata sit sequi displicentia peccati: quod si tunc occurreret memoria peccati, ex ui illius actus sequeretur formalis displicentia peccati: & sic omnis actus dilectionis Dei ex charitate procedens, potest dici uirtualiter displicentia peccati mortalis.

His praebitis ad primum dubium dicitur, quod uerba auctoris uera sunt de peccati mortalis remissione plena, & regulari: quoniam regulariter non fit remissio peccati mortalis, quo...

ad culpam, & omnem penam, nisi homo quantum in se est, detestetur singula mortalia: sicut in singulis plus sibi indulsit, quam debuit.

Cum autem quaeritur an de singulis singillatim &c. respondetur, quod hoc potest dupliciter intelligi: uel quod cuiuslibet peccato singillatim debeat...

ergo peccata uenialia possunt remitti sine penitentia.

2 Praet. Penitentia non est sine actuali displicentia peccatorum: sed peccata uenialia possunt dimitti sine displicentia actuali eorum, sicut patet in eo, qui dormiens occideretur propter Christum: statim enim euolaret, quod non contingit manentibus peccatis uenialibus, ergo peccata uenialia possunt remitti sine penitentia.

3 Praet. Peccata uenialia opponunt feruori charitatis, ut in secunda parte dictum est: sed uinum oppositorum tollitur per aliud, ergo per feruorem charitatis, quem contingit esse sine actuali displicentia peccati uenialis, fit remissio peccatorum uenialium.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. de pen. quod est quadam pena, quae quotidie agitur in ecclesia pro peccatis uenialibus: quod frustra esset, si sine penitentia peccata uenialia possent dimitti. ut ergo peccata uenialia non possint sine penitentia dimitti.

RESPON. Dicendum, quod remissio culpa, sicut dictum est, fit per coniunctionem hominis ad Deum, a quo aliquo modo separatur culpa: sed haec separatio perfecte quidem fit per peccatum mortale, imperfecte autem per peccatum ueniale: nam per peccatum mortale mens omnino a Deo auertitur, ut pote contra charitatem agens: per peccatum autem ueniale retar-

factionem, quae debet huiusmodi non occurrentibus. Ad secundum dubium dicitur, quod auctor loquitur de plena remissione & regulariter: quoniam plena remissio regulariter exigit contritionem & confessionem singulorum, ubi oportet adesse displicentiam formalem, & non solum uirtuale. Magdalene autem displicentiam formalem licet non legamus, sed uirtuale uis in actu dilectionis, & fidei: lacrymae tamen formalem displicentiam attestantur. In cuius signum, cum post resurrectionem Lazari pedes eius iterum ungeret & capillis tergeret, lacrymae non afferunt, quia iam peccatrix non erat: dominus autem originaliter in se uirtuale uis in actu dilectionis, pro causa remissionis adducens, non excludit proximum actum displicentiae formalis: quamuis si ex speciali dono Dei sola displicentia uirtualis actualiter sufficiens saluatur conuersus poenitentiae implicite & uirtualiter.

In responsione ad secundum, aduerte idem esse iudicium de dormiente occiso pro Christo uel baptizato, quod intelligo secundum merita secundarum causarum. Nam si quis iussit dormire cum proposito dimittendi mane mendacium officiosum, & interim dormiens occideretur pro Christo, crediderim ego ex diuina largitate etiam illum peccati plenissimam remissionem per martyrium consequi, quauis per baptismum illius remissionem non consequeretur, propter uoluntatem actualiter actualitate uirtuali peccato inhaerentem.

In responsione ad tertium, circa materiam argumenti, scilicet peccatum ueniale opponi feruori charitatis, Durandus in 4. sent. dist. 16. q. 1. ar. 1. occurrit, dicens hoc esse falsum: quia nec formaliter, nec consequentive opponitur feruori charitatis.

1. q. 97. & 2. q. 24. 2. 2. ad 3.

In li. de medicina pen. Et li. de uitalitate pen. ca. 10. 9. 1.

q. praec. ar. 3. & q. 86. ar. 4.

Mariae ad 1. q. 87. 2. q. 24. 2. 2. ad 3. 1. q. 97. & 2. q. 24. 2. 2. ad 3.

is. Et quod non formaliter probat, quia nec mortale peccatum opponitur formaliter charitati; quoniam consistit utrumque in deordinatione actus; cui formaliter opponitur reordinatio actus. Quod uero nec consequitur, probat ex differentia inter mortale & ueniale in hoc: quia mortale non stat cum charitate; & ideo opponitur consequitur illi, ueniale autem stat cum charitatis seruire; & ideo nec consequitur opponitur illi: tum, quia charitatis seruire non debet ueniale sine displicentia: sola autem displicentia sine tali seruire illud delet.

Ad hoc dicitur, quod argumentum supponit unum falsum scilicet peccatum mortale non opponi formaliter charitati: nam licet charitati habituali peccatum mortale non opponatur formaliter (quod actus non opponitur formaliter habitui) sed demeritorie: quia peccans mortaliter meretur priuam charitatis habitum, idem tamen mortale peccatum, quatenus diuino opponitur bono actusque est inimicitie ad Deum, formaliter opponitur amicitie ad Deum. Et propterea sicut actualis inimicitia opponitur formaliter actuali amicitie, ita peccatum mortale opponitur formaliter actuali charitatis, quod est actualis amicitia ad Deum: unde deordinatione actus peccati mortalis primo importat deordinationem contrarie respectu diuinae amicitie: quia hic primo habet rationem peccati mortalis: ut patet ex hostili pena hinc sibi debita & secundario habet deordinationem respectu moralis ordinis, ac per hoc ordinatio, cui formaliter opponitur mortale peccatum, est ordinatio amicitie diuina, quam consistit esse charitatem. Quocirca peccatum ueniale, cum in hoc differat a mortali, quod mortale est contra diuinam amicitiam, ueniale autem est praeter illam, bene dictum est ab Auctore, quod opponitur seruire charitatis: pro quanto retardat affectum hominis ab his, qui sunt prompta amicitiae officia.

Et cum dicitur, quod compatitur secum feruorem charitatis, respondetur quod licet compatitur secum aliquid feruore charitatis, non tamen omnem, in cuius signum feruor patrie nullum compatitur ueniale.

Et si inquitur, quis est ille feruor in hac uita, qui non compatitur secum ueniale, respondetur, quod est ille qui uirtualiter laudat in se displicentiam ois retrahentis a diuina ardore amicitiae, siue charitatis habitualis sit magna siue parua: quod patet ex eo quod talis actualis feruor affectus ex charitate, si uere sit, delet omne ueniale, ita quod pro tunc sic affectus homo est sine omni ueniale quo ad culpam.

Ad secundam autem obiectionem dicitur, quod non est ex insufficientia feruoris charitatis, quod mediante displicentia delet ueniale, sed hoc est ex ordine causarum & effectuum: sicut non est ex insufficientia charitatis, quod mediante penitentia delet mortale.

Quod autem dicitur, quod sola displicentia sine tali feruore delet ueniale potest bene & male intelligi: si enim intelligatur sine feruore actus elicitus a charitate, tunc quodammodo est uerum & quodammodo falsum: uerum quidem quo ad hoc, quia sine

datur affectus hominis ne prompte in Deum feratur: & ideo utrumque peccatum per penitentiam quidem remittitur, quia per utrumque deordinatur uoluntas hominis per immoderatam conuersionem ad bonum creatum: sicut enim peccatum mortale remitti non potest quantumdiu uoluntas peccato adheret, ita et nec peccatum ueniale: quia manente causa manet effectus. Exigitur autem ad remissionem peccati mortalis perfectior penitentia, ut scilicet actualiter peccatum mortale commissum testetur quantum in ipso est, ut scilicet diligentiam adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, ut singula detestetur: sed hoc non requiritur ad remissionem uenialium peccatorum: non tamen sufficit habitualis displicentia quae habetur per habitum charitatis, uel penitentiae uirtutis: quia sic charitas non compatiretur peccatum ueniale, quod patet esse falsum, unde sequitur, quod requiratur quaedam uirtualis displicentia, puta cum aliquis hoc modo, fertur secundum affectum in Deum & res diuinas, ut quicquid sibi occurreret, quod cum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se commisisse, etiam si actu de illo non cogitaret: quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblata post diligentem inquisitionem.

Ad primum ergo dicendum, quod homo in gratia constitutus potest uitare omnia peccata mortalia & singula: potest etiam uitare singula peccata uenialia, sed non omnia, ut patet ex his, quae in secunda parte dicta sunt. & ideo penitentia de peccatis mortalibus requirit, quod homo proponat abstinere ab omnibus & singulis peccatis mortalibus, sed ad penitentiam peccatorum uenialium requiritur, quod homo proponat abstinere a singulis, non tamen ab omnibus: quia hoc infirmitas huius uirtutis non patitur: debet tamen habere propositum se preparandi peccata uenialia minuenda, alioquin esset ei periculum deficiendi, cum desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quae sunt peccata uenialia.

Ad secundum dicendum, quod passio pro Christo suscepta, sicut supra dictum est, obtinet vim baptismi: & ideo purgat ab omni culpa & ueniale, nisi actualiter uoluntatem peccato inuenerit inherentem.

Ad tertium dicendum, quod feruor charitatis uirtualiter implicat displicentiam uenialium peccatorum ut supra dictum est.

tali feruore causante, displicentia a charitate imperata delet ueniale: falsum autem quod ad hoc, quod homo displicentia omnino sit absoluta a tali feruore: quia dispositio seu parat affectum promptiorem ad talem charitatis feruorem, sicut ueniale retardabat ab huiusmodi feruore: si uero intelligatur per feruorem tale feruor cuiuscumque actus a charitate quomodolibet procedentis, sic male intelligitur, quia displicentia non nisi charitate informata delet ueniale: ut inferius ar. 4. patet: huiusmodi eam displicentia qua deletur ueniale, quidam charitatis feruor est: feruet enim per eum charitas ad consumptionem uenialium impeditum, seu retardantium affectum a motu erga ea quae Dei sunt.

Super Quaestione 87. Articulus 2.

In articulo 2. eiusdem quaestione aiquid occurrit notandum, & aliquid dubitandum. Diligenter siquidem notandum est, ab Auctore hic expresse haberi quod superius diximus de effectu eucharistiae, scilicet, quod non infunditur noua gratia, nec augetur per illam sine actu liberi arbitrii disponente ad susceptionem: cuius augmentum dicitur emina hic, quod non contingit esse infusione gratiae in adultis sine actuali motu liberi arbitrii in Deum, & in peccatum, & proportionaliter intelligendum est, de augmento gratiae.

¶ Dubitandum autem occurrit de illata ex praedicta sententia conclusionem. Ideo quod

docemus, de nouo gratia infunditur, peccata uenialia remittuntur. Et est ratio dubitandi, quia non omnis actus charitatis remittit peccata uenialia: tum quia non omnis delectatio peccati remittit peccata uenialia. Utrumque tamen uidetur sequi ex hac illatione, si bona est: quoniam ex concursu actus liberi arbitrii in Deum, & in peccatum, infertur quod infuso gratia remittit uenialia.

¶ Ad horum euidenciam sciendum est, ad remissionem uenialium quatuor concurrere, duo ex parte causae, & duo ex parte effectus. Exigitur enim ad remissionem uenialium ex parte causae, & quod homo sit in gratia, & quod actualiter utatur illa. Et primum quidem habet ab Auctore in articulo 1. huius quaestione, quia sola gratia Dei est remissio peccati: secundum autem habetur in articulo precedenti, & pluries repetitur in hac quaestione: & quoniam primum potest esse sine secundo, ideo gratia comparatur secum peccata uenialia: secundum autem, quod non potest esse sine primo, non sic accipienda est, quasi quilibet actus charitatis delet uenialia: quoniam hoc esse falsum, ex eo probatur, quod sequeretur, peccata uenialia regulariter deleri sine displicentia tam actuali, quam uirtuali: multi enim sunt actus charitatis neutram displicentiam annexam habentes, quales sunt actus non feruentes religionis &c. ab habente charitatem elicit: intelligendum est ergo, quod ad deletionem uenialium ultra habitum gratiae requiritur actus charitatis uirtualiter, uel formaliter inferens displicentiam uenialium, ut ex

1. art.

1.2. qu. 109. ar. 3. & 6. 74. ar. 3. ad 2.

D. 37.

q. 66. ar. 11.

q. 79. ar. 4.

Sup. q. 65. ar. 1. ad 8. & infra praesentia q. ar. 3. co. 1. & q. di. 16. q. 2. ar. 2. q. 1. Et Mal. 7. art. 11. cor. & ad 14. & art. 13. cor. & ad 11.